Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



131

sobech. luana. & reliqui de populo sacerdotes leuite. ianitores. & canta
tores. nathinnei. & omnes qui separauerunt de plebis terrarum ad legem dei.
Vxores eorum. filii eorum. filie eorum. omnis qui poterat sapere respondentes principibus
suis. obtimates eorum & qui uenebant ad pollicendum & iurandum ut ambu
larent in lege dei. quam dederat in manu moysi serui dei. ut facerent &
custodirent uniuersa dni dei nri. & iudicia eius & ceremonias eius. ut non
daremus filias nras populo terre. & filias eorum. non accipiemus filius nris. Populi quoq;
terre qui inportant uenalia & omne aduersum die sabbati. ut non uendant.
non accipiemus abeis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittemus annum septi
mum & exactionem uniuerse manus. & statuimus super nos precepta. ut demus
tertiam partem sicli pannum ad opus domus dei nri. Ad panes propositionis
& ad sacrificium sempiternum. in sabbatis kalendis in sollemnitatibus & in sanc
tis. & pro peccato ut exoretur pro isrl. & in omne usum domus dei nri. Sortes
ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes & leuitas & populos ut
inferrentur in domum dei nri per domos patrum nrorum. per tempora. a tempribus an
nis usq; ad annum ut arderent super altare dni dei nri. sicut scriptum est
in lege moysi. & ut afferremus primogenita terre nre & primitiua uniuer
sa fructus omnis ligni a banno in annum in domo dni. Et primitiua filiorum
nrorum & pecorum nrorum sicut scriptum est in lege: Et primitiua boum nrorum
& ouium nrarum ut offerentur in domo dei nri. sacerdotibus qui ministrant
in domo dei nri. & primitias ciborum nrorum. & libaminum & poma omnis ligni.
Vinum quoq; & oleum afferet sacerdotibus ad gazophylacium dei nri. & de
cimam partem terre nre leuitis. Ipsi leuite decimas accipient ex omnibus
ciuitatibus opum nrarum. Phynees autem sacerdos filius aaron cum leuitis
in domo leuitarum. & leuite offerent decimam partem decime sue in do
mum dei nri ad gazophylacium in domo thesauri. Ad gazophylacium
enim deportabunt filii isrl & filii leui primicias frumenti uini & o
lei. & ibi erunt uasa sanctificata. & sacerdotes & cantatores & ianitores.